

Index Lectionvm In Academia Fridericiana ... Habendarum

**SS 1775 : Index Lectionvm Pvblice Et Privatim In Academia Fridericiana Qvae
Buetzovivm Ornat, Per Semestre Aestivum A. 1775. Habendarum**

Bvetzovii: Typis Ioann. Gotth. Fritzii, 1775

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785378597>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594. 24

J. 1775

INDEX
LECTIONVM

PVBLICE ET PRIVATIM

IN

ACADEMIA
FRIDERICIANA

QVAE BVETZOVIVM ORNAT,
PER SEMESTRE AESTIVVM A. 1775.

HABENDARUM.



BVETZOVII

TYPIS IOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGRAPH.

INDEX
LECTURVM
PUBLIUM
ACADEMIAE
FRIDERICIANAE
MAGISTRORVM
PHYSICORVM
IN
VNIuersitate
FRIDERICIANA
MAGISTRORVM
PHYSICORVM



FRIDERICIANA
MAGISTRORVM
PHYSICORVM
IN
VNIuersitate
FRIDERICIANA
MAGISTRORVM
PHYSICORVM



LECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Thi. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. iuvante divina gratia THEOLOGIAM DOGMATICAM auspicabitur, & THEOLOGIÆ MORAL. partem alteram tradet, in prælegenda Historia ecclesiastica N. T. vero MEDIUM ÆVUM rerum christianarum tractabit.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, Consist. Duc. Consil. & S. S. Theol. P. P. O. hoc semestri aestiuo adiuuante DEO 1) *Theologiam Dogmaticam* continuabit; 2) *Methodum studii Theologici* docebit; 3) *epistolas Pauli minores* interpretabitur; 4) *Catecheseos*, cuius facultate quivis in ecclesia docendi munus recte administraturus inprimis instructus esse debet, *tum regulas* docebit, *tum exercitationes* ad acquirendam dexteritatem accommodatas instituet.

* 2

IVRIS-

IVRISCONSULTORVM.

ADOLPHUS FRIDERICUS REINHARD, Consistor. Duc. Consiliar. & Jurium Professor Primarius, per hoc semestre aestivum continuabit Lectiones privatissimas in *Systema elementare universae Iurisprudentiae positivae Nettelblattianum*, eique parti quae Iurisprud. practicam tractat, junget exercitationes elaboratorias. Porro horis ex tabula publica indicandis docebit *Ius ecclesiasticum, Ius feudale & Ius publicum universale cum ejusdem applicatione ad Ius publicum Imperii Rom. Germanici tam generale quam speciale, addito Iure gentium naturali & positivo generali.*

IO. MATTH. MARTINI, I. D. & P. P. O. ut & Sereniss. Duc. regn. a Consiliis iustitiae

absolutis praelectionibus hiemalibus per instans semestre aestivum explicabit

- 1) historiam iuris universi ad libellum Perill. Dn. de Selchow qui inscribitur, *Geschichte der in Deutschland geltenden fremden und einheimischen Rechte*, hora 10-11.
- 2) historiam mecklenburgicam ad meas positiones calamo ab auditoribus excipiendas hora 11-12.
- 3) ius feudale ad ductum Perill. Boehmeri hora 2-3.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. Prof. P. O. SERENISS. DVCI a Consil. Iustit. commentabitur ad Ill. PÜTTERI Institutiones Iuris Publici Imperii R. G. Horam e tabula publica significabit.

D. IOH. CHR. QUISTORP, P. P. O. & Sereniss. Duc. Regn. a Consil. Iustit. futuro semestri docebit

- 1) *Pandectas Duce Hellfeldio* in Iurisprudentia forensi secundum Ordinem Pandectarum.
- 2) *Institutiones Iuris Ciuilis ad ductum Heineccii* in Elementis Iuris Ciuilis.

3) *Ius*

- 3) *Ius Criminale Germanicum* secundum nouam editionem libri sui, quae sub Titulo, *vollständige Grundsätze des teutschen peinlichen Rechts*, saltem quoad primam partem, proximis nundinis prodit. Quando autem spes fallit, *Ius Criminale* docebit, uti auditoribus placet, vel ad ductum b. *Engauii*, vel ill. *Meisteri*, vel ill. *Kochii*.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultatis Medicæ Senior, absolutis, Divina adstante gratia, per elapsam semestre hibernum, prælectionibus publicis ad Medicinam sic dictam legale n. attinentibus; per istans semestre aestivum Diatologiam docebit, ita ordinandam, ut imprimis, qui animam ad studia appellunt, exinde habeant, quod in usus convertere possint. Neque iis denegabit privatam operam, qui in aliis artis salutaris partibus manuactionem suam desiderabunt.

AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, *Med. D. & P. P. O. & Consil. Aulicus Ducalis*

Hora ante meridiem decima structuram partium corporis humani secundum ordinem Tabularum suarum anatomicarum exponet.

Privatæ operæ versabuntur in tradenda arte, quæ manu medetur. Illi destinabitur hora undecima. Neque iis deerit, qui artem obstetriciam adcuratius addiscere cupiunt.

D. PETRUS LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O. Sereniss. Ducis Archiater & in Aula a Consiliis. Materiam medicam duce B. Vogelio data occasione, omni qua decet fide ac dexteritate, docebit. Neque iis deerit qui Prælectiones in Praxis clinicam desiderabunt, modo de horis commodis inter se conveniant.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINUS, Philos. P. P. O. & SERENISS. DUCI a Confil. Aul. ob negotia clementissime sibi demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS IOHANNES GUSTAVUS KARSTEN, Matheseos P. P. O. hora VIII-IX. explicabit Geometriam Elementarem secundum præcepta exposita in Tomo I. Systematis ab ipso editi, cui titulus: *Lehrbegriff der gesammten Mathemattick*; hora præterea II-III. in usum profectiorum commentaturus est in ejusdem libri Tomum II. His junget lectiones *Mechanico-Hydraulicas* secundum præcepta in Tomo V. ejusdem libri exposita, ut & lectiones Geographico-Astronomicas explicaturus librum Celeb. N. Schmidt: *Von den Weltkoerpern*.

EOB. TOZIVS, Hist. Prof. P. O. res in Imperio R. G. pace belloque gestas enarrabit hora X. secundum Ill. PÜTTERI librum: *Grundriß der Staatsveränderungen des teutschen Reichs*. Alia hora Auditoribus commoda

Historiam præcipuorum Europae Regnorum docebit ad finem Compendii Achenwalliani: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäischen Staaten im Grundrisse*.

M. OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, LL. OO. Prof. Publ. Ord. & Bibliothecae Praefectus,

Per instans semestri aestiuum D. F. G.

h. II-X. Prophetas maiores lectione cursoria explanabit.

h. IX. Collegium fundamentale harmonicum habebit.

h. XI. Antiquitates biblicas tradet.

Bibliotheca publica patet diebus Mercurii h. II-III;

Saturni h. II-V.

IO. NICOL. TETENS, *Phys. Pr. P. O.*
Logicam cl. Federi, & Physicam cl. Erxleben, illam hora VII.
hanc autem alia quadam in tabula publica indicanda docebit.
Aesthetices quoque principia & praecepta exponenda offert,
commentaturus ad librum notissimum *D. Batteux* edit. a cel.
Ramlero.

M. SAMUEL SIMON WITTE, *Jur. Nat. & Gent. Prof.*
P. O. per instans semestre aestivum horis partim consuetis,
partim e tabula publicis indicandis, *Jus Naturae, Jus publicum*
universale, Ethicam philosophicam & Aestheticam docebit.

DOCTORVM PRIVATORVM.

D. NICOLAUS GEORGIUS BERNHARDVS DE LOE-
WENSTERN, non solum PUBLICE praecepta *hermeneuticae*
iuris quatuor per hebdomadam horis explicabit; sed etiam PRI-
UATIM h. X - XI & II - III. *Pandectarum praelectiones*, easque,
vti quoque per hiemem ab ipso factum est, *per semestre spati-*
um ad finem perducendas, celebratissimam *B. Canc. BOEHME-*
RI Introductionem in ius Digestor. sequuturus, denuo auspica-
bitur. Praeterea h. VIII - IX. *suavia Iuris Germanici elementa*
ab *Ill. DE SELCHOW* concinnata, nec non h. IX - X. aurea,
quae recens recudi fecit *Ill. MEISTERUS Iuris criminalis prin-*
cipia; vt & h. XI - XII. *Iuris feodalis principia* a *Perill. BOEH-*
MERO elegantissime conscripta interpretabitur. Illis quoque,
qui enarrationes aut *iuris antiqui Romani* ex formula *elemento-*
rum antiquitatum Generosiff. DE SELCHOW aut *Institutio-*
num iurisciuilis secundum ipsum *libellum elementarem authen-*
ticum, ordine tamen *Instit. viri summi GEBAUERI* simul adhi-
bito, a se institui cupiunt, si modo numerus aliquantum suffece-
rit, lubenter morem gesturus.

IOAN-

IOANNES ERICUS BIESTER, I. V. D. tradet auditori-
bus, si qui erunt qui ope sua uti velint:

historiam vniuersam, duce SCHLOEZERO V. C. in Vor-
stellung seiner Universalhistorie;

iuris vero historiam, duce III. SELCHOVIO in Geschichte
der in Deutschland geltenden Rechte;

denique aut rursus *Sophoclis Aiacem & Aristophanis Plu-
tum*, aut alios, si qui alii magis placuerint, *poetas graecos* expli-
cabit.

Horas, quantum per alia quae incumbunt negotia fieri po-
terit, accommodabit desiderio commilitonum.

FRANCISCUS CHRISTIANUS LAURENTIUS KAR-
STEN, M. C. ex speciali amplissimae Philosophicae Facultatis
concessione per instans aestiuum semestre partem I. libri a fratre
ipfius editi cui titulus: *Lehrbegriff der gesammten Mathematick*
hora solita matutina VIII - IX. explicabit. Porro secundum
Dithmari Compendium, cui nomen: *Einleitung in die saemtl-
ichen Oekonomie - Policy - und Kameratealwissenschaften*, artes,
quae dicuntur *camerales* per quatuor hebdomadis horas tracta-
bit. Horam a tabulis indicabit publicis.

*

*


*

Qui praeterea corporis exercitiis operam dare cupiunt,
magistros quoque habent artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. *Buetzeuui* ante Festum Paschatos A. MDCCLXXV.







Germanicum secundum novam editionem li-
sub Titulo, vollständige Grundsätze des deut-
schen Rechts, saltem quoad primam partem, pro-
priis prodit. Quando autem spes fallit, Ius Cri-
ticit, vti auditoribus placet, vel ad ductum b.
ill. *Meißeri*, vel ill. *Kochii*.

MEDICORVM.

STOPH. DETHARDING, Facultatis Medi-
cis, Divina adstante gratia, per elapsum se-
mipraelectionibus publicis ad Medicinam sic di-
centibus; per istans semestri aestivum Diato-
a ordinandam, ut imprimis, qui animum ad
inde habeant, quod in usus suos convertere
denegabit privatam operam, qui in aliis ar-
manuductionem suam desiderabunt.

SCHAARSCHMIDT, *Med. D. & P. P. O.*
Ducalis

iem decima structuram partium corporis hu-
inim Tabularum suarum anatomicarum ex-
verfabuntur in tradenda arte, quæ manu
nabitur hora undecima. Neque iis deerit,
am adcuratius addiscere cupiunt.

LUDOLPHUS SPANGENBERG, P. P. O.
niater & in Aula a Consiliis. Materiam me-
lio data occasione, omni qua decet fide ac
Neque iis deerit qui Praelectiones in Pra-
rabunt, modo de horis commodis inter se

* 3

PHILO-